

MATTHÆI  
GRIBALDI MOPHÆ  
Iurisconsulti Cheriani, in celebri  
Valentinorum gymnasio  
iura ciuilia enodantis,  
de methodo ac ra-  
tione studendi  
libri tres.

Lege quisquis ingenio delectaris,  
et fruere.

Ἡ μεγάλη ἴνδιαικονία δύστη φθονεῖ.



L V G D V N I.

Apud Antonium Vincentium.  
M. D. XLI.

Coll Soc Iasv Salm. ex dono R. Regum



# Matthæus Gri

BALDVUS IVRIS,

CONSULTVS CHERIANVS,

THOLOSANIS LEGVM

auditoribus S.



GIT VR(NI) FALS  
lor ) sesquiannus , cla=   
rissimi legum auditores ,   
cum me Tholosæ , in fre=   
quentissimo illo Gallia=   
rum gymnasio iura ciui=   
lia interpretantem affi=   
duis tandem precibus euicistis , ut de ratione stu=   
dendi aliquid conscriberem . Vos enim Italicum   
legendi morem , qui non in cumulandis decisioni=   
bus , sed in discutiendis ad unguem opinionibus ,   
in peruestigādis causis & rationibus potissimum   
consistit , ita probare uisi estis , ut tantisper non   
conquieueritis , donec me desiderijs uestris in ea   
parte facturum satis recepi . Nec dum tamen ea   
sponsione contenti , aliū insuper laborem iniun=   
xitis: quippe , ut perbreues illas regulas , seu iu=   
ris axiomata , quibus pro tempore uti commode

uideba

# Matthæi Gri-

## BALDI IVRISCON,

S V L T I C H E R I A N I D E  
R A T I O N E S T Y D E N D I.

Lib. Primus.

S P E C V L A R I V O L E N T E S  
*ab omni affectu liberos  
esse oportet.*

C A P V T P R I M V M.



OMO A' BRVTIS ANI-  
mentibus ratione distans,  
suapte natura scire desi-  
derat. <sup>a</sup> Omnis enim sciē-  
tie finis est ueritas, <sup>b</sup> qua  
(cum inuenta fuerit) nihil  
dulcius, nihil ue precio-  
sius haberi potest: pro thesauris omnibus est, de-  
siderium explet, & animo quietem parit, ea uero  
non corporeis uiribus, sed ingenio atq; arte com-  
prehenditur, ratiocinando, speculandoq; inueni-  
tur. Enim uero speculatio animi libertatem que-  
rit, liber autem esse non potest, cui affectus impe-  
rant, & cupiditates dominatur. Quicadmodum

<sup>a</sup> Arist. 1. me-  
taphy. l. ar-  
pud Iulia,  
nō. de fidei  
cōmī. liber.  
<sup>b</sup> Arist. 2. me-  
taphy.

DE RAT. STVD. LIB. I. 7  
DISCIPLINAE QVAM

SIBI QVISQ; VE ELE-  
gerit, totis uiribus incubendum,  
ut mea excellere possit.

C A P V T S E C V V D V M.



X VETERVM MON-  
mentis (quantū per ocium  
uagari licuit) neminē me-  
moria reperimus in dixer-  
sis facultatibus excelluisse,  
summumq; ac perfectū  
scientiae gradū attigisse:

nisi forte opponat aliquis M. Catonem Portiae  
familiae primum, quem triplici dote insignem usq;  
ad summum fuisse proditum est: summum scilicet  
Oratorem, summum Iurisconsultū, ac déniq; sum-  
mum Imperatorem. Verum, si cū peritis sui tem-  
poris, aut paulo iunioribus conferamus, aliter sen-  
tiemus. Fuit enim M. Cato in legibus Gallo Aqui-  
lio longè inferior, in orādo M. Tulliū non æqua-  
uit, in re bellica C. Cæsari minimē comparandus.  
Nullam in naturalibus Philosophia Aristoteli  
parem inuenit: in moribus tamen Socratem, in di-  
uisis Platonem, in re medica Hippocratem lōgē  
præstantiores. Vnum singulis erat animi propo-  
situm,

Plin. lib. 7.  
c. xxvij.